

In cap. 2. statim. in initio. Mactant igitur, usque ad, tenebras agenti.

Ibidem in verbum, vel si cælesti lumen. Quid Lactanti? usq; ad, eliminandæ priorsus.

In cap. 6. in verbum, probitate ficta. Quam hypocrisim euangelicæ literæ, usq;, Valerii Maximi libro.

In cap. 7. princip. comment. Differit porro, usq; ad, variæ & multiplices.

In cap. 25. in princip. comment. Vela iam colligens, usq; ad, traditio docuit.

Ibidem in verbum, Rationem diuinitatis. Videant ergo Romanæ, usq; ad, superstitionibus refertum.

Dere resurrectionis Domini die, folio 555. verbum, vestis quoq; candida, Quid? quod missatores, usq; ad cap. 5. prioris Epistola. Ibidem verbum, Sacerdos Kænicensis, usque ad, abolito Iudaico sacerdotio.

xxxii

IVRIS PRUDENTIAE.

A.

ANTONII de Rosellis de potestate Imperatoris
& Papæ tractatus coniunctus cum postremo volumine
Oceani Iuris, excuso Lugduni apud Georgium
Regnault anno 1544.

Folio 7. Cap. Plus videtur. col. 1. ait auctor, in tantum Imperatorem præ omnibus à Deo habere seculare dominium coercionemq; corporalem, ut etiam clerici negotiis secularibus se immiscentes ratione illorum bonorum temporalium Imperatori sint subiecti. delenda hic est vox corporalem.

Fol. 8. cap. Ne prolixius, num. 5. deleatur, quod auctor dicit, hereticum esse adserere, quod vniuersalis administratio temporalium sit velesse possit apud summum Pontificem.

Fol. 10. col. 3. Decimæ rationi, deleatur, quod auctor ait, Papam non habere potestatem eligendi, coronandi aut consecrandi Imperatorem ex parte summi Pontificatus quem accipit à Christo: sed ex commissione